



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis  
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Lectio 1. Pro die Cinerum. Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Prima pars docet, quid cineres significant. Secunda, Cur cum de morte agitur, vox Memento adjiciatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

Sap. 2. Excusavit in malitia eorum, & venudati sunt ut faciant malum. Quis cecus, nisi qui venudatus est, ut faciat mala. Tales sunt qui odio fraterno, vel luxurie luto in veterato obsecratos gerunt oculos: ideoque de Jesu transiente nihil curant, & oblata salutis remedia plane negligunt, vel contemnunt. Vae tenebris, quibus oppleti sunt! Vae cecitati, in qua jacent! Vae abyssis cui approximant!

Conclu- sio. **T**U interim, o Jesu Nazarene, qui in hunc mundum quasi in Jericho descendisti de superna Jerusalem, ut carcos illuminares, & redderet luce ad sequelam tuam vocares, atque in viam vitae & ve-

ritatis reduceres, quatuor Via es, Veritas, & Vita: Respice multitudinem caecorum fecus viam fidentium, fecus viam mendicantium bona vilia hujus saeculi, aereis neglectis. Inspira eis desiderium lucis, laeque inelament post te, non obstantibus eos impediens. Et tandem miserere eorum, adducens eos ad te, & visum perfectè restituis; ut peccati & saeculi detersa caligine, tua sequi possint vestigia, te amare hic & benedicere, teque tota magnificare aeternitate, ubi tota merces erit vultu faciei tuae, quando scilicet dabitur illis te videre lumen de lumine.

# TRACTATUS VI. DE QVADRAGESIMA.

## PRO DIE CINERUM.

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertetur. Gen. cap. 3.

LECT. I. tripartita.  
PARS. I. Quis cineres signavit.  
Ezech. 9.

**E**Zechielii Prophetae in visione ostensus fuit vir quidam vestitus lino, vel ut Septuaginta interpretes legunt, Stola sancta indutus, & amentarium habens scriptoris. Jussu autem divino transibat per mediam civitatem Jerusalem, & signabat signum T, sive lignum crucis, super frontes virorum gentium, & dolentium super cunctis abominationibus, quae sunt in medio ejus. Quo quidem signo, tamquam signo vitae, liberati sunt à morte. Quam aptè hic representatur. Sacerdos in exordio jejuni & Quadragesimae sacrae? Nonne vestitus est lineis? Nonne stola sancta indutus? Nonne aramento, sive atris cineribus, signum crucis inscribit frontibus fidelium in Ecclesia? Et cur hoc, nisi ut sit eis signum vitae, & per mortis propitiae, simulque per mortis ac Passionis Christi memoriam ad poenitentiam & gemitum incitentur, sicque Deo reconciliantur, & vindictam evadant? Non ergo sine mysterio sunt hi atrii cineres fronti crucem inscribentes: ideoque non leviter & perfunctorie exterius suscipiendi sunt, sed cum magna interiori fide, humilitate, reverentia & compunctione. Haec dispositione, eos suscipere edocuit fuit olim à Turclari suo Angelo S. Lyuina, quae cum infinitate detenta, non postea ad locum sacrum accedere pro excipiendis more Christiano cineribus, supplebat Angelus vices Sacerdotis, & frontem ejus cinere sanctificato signabat. Hoc ipsa facta sunt Confessario, quodam die Cinerum ad-

Cinere benedicti quasi ter suscipiendi.

venienti, ut eam cineribus in Ecclesia ante benedictis signaret. Dixit enim id officii iam sibi praestitum per Angelum suum. Ac reliquiae in fronte remanentes de hoc ipso fidem fecerunt; quibus & suammet frontem maxima cum reverentia signavit Confessarius, cineres Angelica manu allatos humillimè veneratus. Hanc etiam dispositionem, & venerationem, tam interiorum, quam exteriorum, docet sancta Mater Ecclesia in benedictione horum cinerum, dum ait: *Quempeccatis, impite ne Deus, parce poenitentibus, propitiare supplicantiibus, & mittere dignetur sanctum Angelum tuum de caelis, qui benedicat & sanctificet hos cineres, ut sint remedium salubre omnibus nostris sanctum tuum invocantibus, ac semetipsos pro conscientia delictorum suorum accusantibus. & pietatem tuam suppliciter flagrantibus; & praesidio per te vocati quoniam sanctissimi nominatus, ut quicumque eis super se aspersione, pro redemptione peccatorum suorum, corpora sanitate & anima tutelam percipiant.*

Surius ad 15. vita ejus.

Certe Cineres semper fuisse symbolum poenitentiae, morosis & humilitatis, non solum apud Christianos, sed & apud Prophetas olim, & Judaeos. Unde illud Filia populi accinge te cilicio, conspergere pulvorem, luctum unigenitisque tibi, plantam amarum. Quasi dicat, o popule mi dilecte instar filiae, jam tepus est poenitentiae & humilitatis luctus & mortis. Item Job. in persona poenitentium sic ait: *Job 16. Sacrum conjur super carum meam. & perniciore carum meam. Saccus sul. sive cilicium, & cineris aspersio, arma sunt poenitentium, signaque lugentium. Audi ibi S. Greg. Quid in sacco & cinere nisi poenitentia, quid in case & carne, nisi peccatum carnis debet intelligi? Cum ergo quidam post lapsum carnis ad poenitentiam redeant, quasi saccus super carum conficitur, & cinere caro operitur, quia*

Sl 2 culpa

*Sulphur per penitentiam tegitur, ne indistincti iudicio examine ad ultionem videatur. Sic & David periclitante filio post adulterium in cinere & jesuio penitentiam facit. Idemque dicit; Cinerem meum tanquam panem manducabam. Et potum meum cum fave miscebam. Quasi dicat: Hoc mihi contigit, quod mihi pro peccatore & luctu pulvere jacent, quorum panis & cibus pulvere aspergitur & inficitur. Vel spiritualiter cum quibusdam intelligendo, idem est ac si dicat: Memoria peccati mei mihi erat instans instar panis cinerulenti, & cum amaritudine illud ruminabam: Sic etiam Moyses descendens de monte Sina, portans secum duas tabulas testamenti, cum appropinquasset castris, vidit vitulum & choros, iratusque valde projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: arripitque vitulum quem fecerant, combussit: & contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam. Et dedit ex eo potum filijs Israel. Per hoc nimirum voluit, ut amaritudinem peccati sui persentirent, & ad contritionem & detestationem illius adducerentur.*

Exod. 32.

*Sancti cinere cibos Christianos modo conspersio cineris luctum indicat & penitentiam. Certè multi sancti veri leguntur in symbolum penitentiae non solum capiti, sed & cibo suo cinerem inspergisse. Ita traditur S. Germanus Aquisgranensis, quoties cibibus erat sumendus, semper praegustasse cinerem, ac de inde hordeaceo ulis fuisse panem. Sic & Franciscus frequenter cinerem & fletum cum potu miscebat. Noluerunt vero antiquitus viri pii sine cineris aspersione ex hac vita emigrare. Nam teste Sulpitio, dicebat S. Martinus moriens: Non deceat Christianum nisi in cinere mori. Quem imitatus S. Carolus Borromeus, fuit proximus dum foret, voluit sibi indui cilicium factum cinere conspersum. Ac non solum in Quadragesima: initio solitus fuit totum populum hoc cinere signare: sed etiam cum publicas preces indiceret, ingruente aliqua publica calamitate. Et certè cinis rectè indicat effectus penitentiae, quia valet ad tria: ad lavanda scilicet foetida, ad conservandum ignem, & ad faciendum ex obfuscis lucida. Ex cinere fit lixivium foetida purgans; sic ex cinere penitentiae efficacissimum lixivium animae nostrae paratur ad eluenda peccata. Cinere obteguntur ignis, & si frigidus sit cinis, extinguitur; valet etiam penitentia ad extinguendum ignem & fomitem concupiscentiae, ne erumpat in flammam, quae totam animam nostram interiore domum depascit: Denique, ex cinere fit vitrum, quo nihil lucidius; sic ex cinere penitentiae prodit gratia mirè conscientiam clarificans, & totam obcuritatem animae tollens. Postremo quando lubrica est via, cinere est conspergenda; sic mortis cinere consperge vitam tuam, lubricam alias & glaciaram, nec caedes.*

*Cinerum usum ir-*

Atque id ipsum docet exemplum divinae vindictae relatum apud Casarium ex Theodorico Monacho, quondam in *Vaida Comite*. Fuit Confluentiae quidam, qui cum feria tertia ante cineres totam penitentiam in comestationibus expendisset, manè quasi ad abluendas carnes cum quodam collega sub tabernam intravit. Cumque ad Officium Missae pulsaretur, fideles confluerent ad Ecclesiam, soli hi duo remanserunt potitantes. Dicit vero collegae alteri: Nimis tardamus, ad eam Ecclesiam ob sacros cineres. Ille irridens mylterium cinerum, respondet: Sede ego tibi dabo cineres, & tu mihi; sicque tollens domesticos pulvères vel cineres, in ejus caput jactavit. Mox vero divina vindicta subsecuta est. Nam circa faciem suam turbo tantum cinerum exortus est, ut cum territus exclamaret, ore cineres illos hauriens, pene suffocaretur. Accurrerunt multi, ut plagam hanc mirabilem intuerentur. Denique nec in hortu, nec in Rheno, nec in solatio, potuit se à turbine cinerum tueri; sed tandem suffocatus poenam contemptus sui perfolvit.

*Calarius h. o. memorabilium. c. 53.*

Specialiter etiam servium hi benedicti cineres ad renovandum nobis originis nostrae mortisque memoriam, ideo dum imponuntur capiti nostro; illud pronuntiat: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertetur.* Haec porro verba instar spiritualis speculi nobis servare debent, in quo nos ipsos inueamur & agnoscamus: etenim nobis representabant efficacius vultum navitatis nostrae, quam speculum materiale & corporum, si paululum harere voluerimus oculi mentis illa contemplantando, nec festinantes transiverimus, statim obliviscendo quales fuerimus, vel simus. Et quidem utrumque speculi materialis non reprobamus, si ad hunc finem ad quem inventa fuerit praeferimus specula, illis homines utantur. Non enim ad vanitatem, aut cultum inanem corporis, sed ut homo se non ceret inventa esse testatur, *Seneca l. i. quaest. vii. natural. cap. 17. Inde conclusa, inquit, multa bona. Primum notitia sui. Et ad multa consilium. Formosus, ut videret in speculo, deformis, ut se servum reddendum esse videretur, quod corpori deesset. Invenis, ut in flore aetatis moneretur tempus esse discedendi. Et feris audiendi. Senex, ut indecora canis deponeret. Et de morte cogitaret. At hoc natura facultatem dedit nosmet videndi: si lucidus, aut leve saxum, cuique imaginem reddit. Et ut antiqua simplicior nondum in virtutum beneficium detorquebat, nec in ventum naturam in libidinem luxumque aperiebat. Haec Seneca.*

*Cineres benedicti speculum spirituale.*

Sed multis modo speculis inest dolus, dum vel augent formam, vel extenuant, vel quadam alteratione immutant: suntque multi in arte Narcissi, qui ex speculis se intuentes nimis se amant, & inde exitium trahunt. De quo Nazianzenus: *Namq. olim formosus ipse, sus correctus amore. In fontem insiluit pulchri, ex viti inani. Exitium traxit speculi, mori emq. pudens am.* Fabula haec perstringit homines vanos, qui inani

*Speculum ad quid sit in ventu.*

*Seneca l. i. quaest. vii. natural. cap. 17.*

*Seneca l. i. quaest. vii. natural. cap. 17.*

*Namq. olim formosus ipse, sus correctus amore.*

*Exitium traxit speculi, mori emq. pudens am.*

*Fabula haec perstringit homines vanos, qui inani*

imagine deluduntur. Sunt & quedam specula ca-  
 ya, que inversum formam representant. Sic sit  
 insperetis in cochleari argenteo, bene nitido & pel-  
 lucido, videbis frontem inferius, mentum & bar-  
 bam superius. Duplex etiam in homine status con-  
 siderationi nostrae potest obijci: status scilicet vi-  
 tae, & status mortis. Status vite instar speculi fallaci-  
 cis perfusa est homini, quod robustus sit & sanus,  
 dives & illustis, permittitque ei longevitatem an-  
 norum, divitiarum, honorum, cum tamen vita  
 hominis; toraque spes ejus non sit nisi vapor ad mo-  
 dicum parens, umbra, fumus, omnium, vanitas,  
 nihil. *Substantia mea tanquam nihilum ante te, ait*  
 Plaltes: *Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies*  
*mei dicit Job. Dormierunt somnum suum, & nihil*  
*invenerunt viri divitiarum in manibus suis. Velut*  
*sonnium surgentium imaginem ipsorum ad nihilum*  
*rediges. Verum tamen universa vanitas omnia homo*  
*videns. In imagine pertransit homo. sed & frustra co-*  
*norbatur. Sic frequentissime loquitur, & haec mul-*  
*toties repetit & inculcat Plalmista, ut homo dolo-*  
*so vita suae speculo haud fidat. Speculum autem*  
*verum & plenum est status mortis, quod homini*  
*qualis quantusque sit in veritate representat; doc-*  
*etque quam parvificanda sunt, quae circa illum*  
*sunt. Homo cum interierit, non sumet gloria, neque*  
*descendet cum eo gloria ejus. In morte videt quam*  
*vere dixerit Job: In tenebris straxi lectulum meum.*  
*Patrem dicit: Pater meus est, mater mea. & soror*  
*mea vermisus. Hoc ipsum dicere coguntur itaque*  
*speculum istud hodie mentis nostrae oculis obijci-*  
*tur ab Ecclesia matre nostra, dum uicini que no-*  
*strum dicit: Memento homo, quia pulvis es, &c.*

Vita ho-  
 mini, nr-  
 bil.  
 Plal. 38.  
 Job. 7.  
 Plal. 75.  
 Plal. 72.  
 Plal. 81.

Pl. 48.  
 Job. 17.

Pars II.  
 Cur ad-  
 iatur.  
 Mem-  
 or, cum de  
 morte a-  
 gitur.  
 Eccl. 11.

Eccl. 18.

Secundo idem Ecclesiasticus, admonens eos qui  
 inimicitias fovent, vindictas, lites, sic loquitur:  
 Memento novissimum, & desine inimicari: abitu-  
 do enim & mors imminet, hoc est corruptio cor-  
 poris post mortem putrefactis. *Memorare timo-*  
*rem Dei, & ne irascaris proximo. Memorare testa-*  
*mentum Altissimi, & desine ignorantiam proximi;*  
 hoc est memor legis divinae, parvipende & dissimila,  
 ac remitte quae deliquit proximus in te, adscribe  
 id ejus fragilitati & ignorantiae. In praecedentibus  
 dixerat: *Homo cum caro sit, reservat iram, & propi-*  
*tiationem petit a Deo:* Quasi dicat: Cum sit vilis, fragi-  
 lis, mortalis, brevi in pulverem & corruptionem  
 reducendus, an convenit eum iram reservare, &  
 iram Dei se obnoxium reddere? Sic multis sententis  
 memoriam mortis inculcat, ut ab ira & inimicitia  
 homines avertat, qui semper & maxime in die mor-  
 tis egerit Dei misericordia & propitiatione, cito  
 ergo & stillam proximo impendere debent, ne pra-  
 occupentur die mortis.

Pl. 2.  
 Momen-  
 to, con-  
 cernens  
 vindica-  
 tivos.  
 Eccl. 28.

Tertio idem Ecclesiasticus avaris aures velli-  
 cans, ut bonis suis utatur, & illa in pia opera im-  
 pendat, sic loquitur: *Fili si habes, benefac tecum,*  
*& dignus Deo oblationes offer.* Rationem subjicit:  
*Memor esto quoniam mors non tardat, & testamen-*  
*tum inferorum quod demonstratum est tibi. Testa-*  
*mentum enim hujus mundi, morte morietur.* Vult  
 memores illos esse mortem: certo & cito imminet,  
 ne nimis ament haec terrena, & longinquam vi-  
 tam sibi promittentes, vix audeant bonis sibi a Deo  
 concessis uti, tum ad sustentationem, tum ad cle-  
 mosynam, & honorem Dei. Vocat autem & testamen-  
 tum inferorum, dispositionem de morte ab omni-  
 bus subeunda: quae mors in veteris testamenti li-  
 bris saepe nomine inferni comprehenditur, quod  
 omnibus illo tempore deorsum descendendum es-  
 set, necdum caelo per mortem Christi aperto: Hoc  
 inferorum testamentum omnibus demonstratum  
 est in exordio mundi sacris in scripturis. Unde sub-  
 dit: *Testamentum hujus mundi, morte morietur.*  
 Quasi dicat: Dispositio quae pertinet ad inferos et  
 hunc mundum, & ad omnia quae in eo sub sole vi-  
 vunt est haec: *Morte morietur.* scilicet omnis homo,  
 vel omnis caro. Alludit ad id quod in initio dictum est,  
 Ade pro se & posteris suis: *Quasunque die comederis*  
*ex eo morte morietis.* Memoria ergo mortis facit  
 ut quis liberè de suis disponat, benefaciens pauperi,  
 benefaciens Ecclesiae in honorem Dei, & solli-  
 citudinem nimiam tollit dolum, & laborum,  
 quos quidam sustinent ut haeredes divites relin-  
 quant. Quae omnia amplificat variis sententis  
 apud eundem Ecclesiasticum ibidem. Idem quo-  
 que sic ait: *Memento quae ante te fuerunt, & quae su-*  
*per ventura sunt tibi. Hoc iudicium a Domino omni-*  
*carni: quasi dicat. Memento quod in saeculis quae*  
*ante te fuerunt omnes fuerint mortui: & quod post*  
*te per omnia ventura saecula omnes viventes mor-*  
*turi sunt, ut merito te non possis ab hac lege ex-*  
*emptum existimare. Vide sequentia ibi.*

Pl. 8.  
 Momen-  
 to, con-  
 cernens  
 avaros.  
 Eccl. 14.

Gen. 2.

Eccl. 14.

Memor-  
to, con-  
cernens  
cur-  
nales.  
Eccle. 7.

Quarid. Idem superbos & carnales homines ad  
humilitatem & penitentiam exhortans sic loqui-  
tur: Memento ira, quoniam non tardabit. Humilia  
valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii  
ignis est vermes. Quali dicit: Noli esse de numero  
illorum qui mala non prevident post mortem. Se-  
cutorum: sed memento vindictae quam Deus in im-  
probos exercet, quae citius advenit quam puta-  
tur. Vindex autem ira Dei post mortem in carnem  
peccatoris saeviet per ignem & vermes, animum  
ergo ad superbiam pronum humilia, & valde hu-  
milia sub potenti manu Dei, sub timore severae ejus  
justitiae, quae tuae incumbit cervici. Atque idem Ec-  
clesiasticus omnes exhortans, & caput istud septi-  
mum concludens, remedium proponit contra om-  
ne peccatum: Memorare novissima tua in omnibus  
operibus tuis, & in aeternum non peccabis. Novissima  
autem sunt, mors, iudicium, inferna gloria. Sic ve-  
re de morte vel novissimis agens repetit illud:  
Memento, vel Memorare, aut quid simile.

Memor-  
to, con-  
cernens  
Adoles-  
centes.  
Eccle. 11.

Quarid. Ecclesiasticus sermonem ad Juvenes diri-  
gens, qui mortis immemores, ac futuri temporis  
in dissolutione sunt praecipites, hos sic alloquitur:  
Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuae, an-  
tequam veniat tempus afflictionis, & appropinquet  
anni, de quibus dicit: Non mihi placent. Et cum in-  
commoda senectutis specialiter descripsit, tan-  
dem subdit de morte: Ibi homo in domum aeterna-  
tis sua, & circumdabitur in plateis; latentes. Domum  
aeternitatis vocat sepulchrum, in quo jacendum est  
ad finem usque mundi. Postmodum dicit: Revertetur  
pulvis in terram suam unde erat, & spiritus  
redat ad Deum, qui dedit illum. Ergo vult memora-  
ria juvenum inculcatam serio mortis memoriam,  
tamquam stimulum ad omne bonum, & si aenium  
ab omni malo. Letare ergo juvenis in adolescentia  
tua, & in bono si cor tuum in diebus juventutis tuae,  
& in bono in visu cordis tui, & in visu oculorum  
suorum; & sero quae pro hu omnibus adducit  
Deus in iudicium inquit idem e. 11.

Memor-  
to, con-  
cernens  
senes.

Sexto, senibus qui sepulchro vicini, illius quan-  
doque nihilominus oblivisci videntur, idem Me-  
mento proponi censetur ab eodem Ecclesiaste, dum  
dicit ibidem: Si multi annu vixerit homo, & in his  
omnibus letatus fuerit, meminisse debet tenebrosi  
temporis, & dierum multorum, qui cum venerint,  
vanitatis arguentur praeterita. Hoc tenebrosum  
tempus mortis, tempus est, & dies multi tempus est  
aeternitatis mortem subsequens: tunc scilicet  
arguetur vanitas praeterita, quia apparebit quam  
fuit egerint, quia aeterna bona brevissima vo-  
luptati pertranscuntis temporis post-habuerunt.  
Vide quomodo vanitatis arguant praeterita, quia  
apud Sapientem in clamat: Ergo erravimus a via  
veritatis. Quid nobis profuit superbia aut diviti-  
um iactantia? Transierunt tamquam umbra, tam-  
quam nubes praeteriens, tamquam navis cuius non  
est usque in mare reverti, tamquam aqua quae transiit

Sap. 5.

in aere, cuius nullam invenitur iterum argumen-  
tu, tamquam sagitta emissa cuius ignoratur transi-  
tus; sic & nos nati contumacia defruimus esse. Sic rebus  
velocissime transeuntibus haec vita brevis & volu-  
tilis comparatur, quae si divino obsequio non im-  
penditur, plane vanitatis arguitur. Unde & postea  
subditur: Spes impii tamquam lanugo est, quae a vento  
tollitur, & tamquam fumus qui a vento dissipatur  
dissipatur, & tamquam fumus qui a vento dissipatur  
est. & tamquam memoria hostium ante dies praete-  
rentis, Dicitur ergo homini: Memento horum  
omnium, dum tempus est; sero enim illi dixerunt  
haec omnia in inferno, praegustata spiritus gene-  
tes. Vide quid in morte fecisse velles, id ipsum pe-  
rage modo fortiter & constanter. Vide in quo agas  
statu: noli in illo vivere statu in quo mori non au-  
deres. Vide quam rationem Iudici sis redditurus in  
morte. Dirige vitam tuam sicut navem in fine  
sedens. Descende in sepulchrum, descende in in-  
fernum vivens, ut illuc non descendas moriens.

Propter haec igitur omnia, cum de morte & no-  
vissimis agitur adeo frequenter in scriptura repe-  
tur; Memento, Memorare, Memor esto; & hodie  
id ipsum propterea unicusque inculcat; Mem-  
mento homo, quia pulvis es. Neque eger homo ut  
ci continuo mors rememoretur, qui licet nihil  
frequenter videat quam mortem, nihil tamen fa-  
cilis obliviscitur quam mortem. Unde nunc ex  
nominibus ejus est Eno, id est, miser & obliviosus,  
quia facile obliviscitur suae, suae conditionis,  
suae salutis. Ideo cum comparat S. Jacobus  
consideranti vulum nativitatis suae in speculo:  
Confidera a te, & abiecit, & statim oblitus fuit quae  
fuerit inquit ipse. Obliviscitur etiam Dei sui, & ra-  
tionis eireddendae. Unde dicit et Deus apud Plal-  
mistam: Existimasti quod ero tui similis, obliviosus  
scilicet, peccati tui obliviosus. Immo vero ar-  
guam te, & statua in contra faciem tuam, ut testium  
iniquitatis, & agnoscas, & mei etiam ut Iudicis &  
Vindictis recorderis. Addit: intelligite haec qui obli-  
viscentis Deum, ne quando rapiat, & non sit qui  
eripiat. Habitat certe homo in terra oblivionis,  
ipiamque terram ex qua constat oblivisci videtur,  
ac non enim ipsam suam; est enim ejus non enim  
adam, quia ex adama, id est ex terra factus est; sed  
hoc facile obliviscitur, dum superbi, qui terra est  
& cinis, dum mortem non cogitat, qui quotidie  
moritur. Quod si mortis meminit, ut plimum  
fit in ordine ad res temporales, non in ordine ad  
aeternas. Si quis opibus abundat, secum recogitat,  
Testamentum tempestive ordinandum min est,  
ne forte improvide mors obrepat, sique haeredes  
sui iustos relinquant, domumque perturbationem,  
Prudenter equidem id facit, sed prudentius sibi mor-  
tem oculis obijcet, ut certus disponeret de do-  
mo interiore, de anima & salute. Verum haec postre-  
ma est cogitatio in suis hujus seculi, quorum uni  
dicitur: Similia haec videte respicientis animam suam a te. [Inc. 114]

Memor-  
to, con-  
cernens  
homo fa-  
cile obli-  
voscitur.

Psal. 49.

Inc. 114]  
De

De illa ergo disponendum foret, propter illam mortis cogitatio & memoria affluenda. Sape virum uxorem ducere vult, mortis meminit in dispositione, inquit Chrysost. & scribit in dote: si mortuus fuerit vir ante matrem, aut mater ante virum hoc & hoc disponatur. Nondum introducta est, & mors statim describitur; nondum convixerunt, neque nuptia habitae sunt, & mortem statim definiunt. Immo vero non solum de his qui sunt & vivunt, mortis fertur sententia, sed & de illis qui nondum nati sunt. Adicitur enim ultra: Quod si natus fuerit filius & mater sua, sic & sic disponatur. Ecce necdum natus est, & sententia mortis lata est. Utinam pro dispositione rerum aeternarum, ita sint memores mortis homines, sicut pro dispositione temporalium! Verum, Gens abique consilio est, & sine prudentia: Vinam sapienter, & intelligenter ac nobilissima providebant. Vinam sapienter qua Dei sunt, intelligenter qua mundi sunt, providebant qua inferni sunt. Professo infama horrebat, superna appetere, qua uni ad malum contemnerent, inquit S. Bernardus epist. 292. Ut ergo praevideant & provideant rempessive, ideo eis inculcatur hodie. Memento hominis, quia pulvis es. Quia se non agnoscunt, speculum istud eis obijciunt, in quo se in veritate contemplantur.

EODEM DIE

Memento homo quia pulvis es, &c.

**LECT. 16** Uvat in particulari omnium auribus istud in clare, omnium oculis speculum istud proponere, cuiuslibet sint fortis & professionis, cuiuslibet sublimitatis vel vilitatis, cuiuslibet sexus & ordinis ita ut hic videm liceat exordiri verbis, quibus olim Pfaltes spiritu divino impulsus: Audite hoc omnes gentes, auribus percipite qui habitatis orbem, Quisq; terrigena & filii hominum simul in unum dives & pauper. De morte, de iudicio, de statu futurae vitae, de generali naturae corruptione locutus erat Propheta, ideo exigit perfectam omnium attentionem: in vitatque ad audiendum omnes, sive summi sint, sive infimi, sive divites, sive pauperes, sive nobiles, sive obturati, sive fideles sint, sive infideles, sive occidentem incolant, sive orientem, sive agnitam terrae plagam habitent, sive ignorantam. Optaretque speculam se posse ascendere, ex qua oculis universis orbis lustrari possit. Optaret adeo exercitum ac praepotentem vocem, quae omnium aures cordaque penetraret toto orbe. Optaret locum adeo capacem, quo velut ad concionem totius orbis homines possent adventare, & aures cordis ad os loquentis in se spiritus applicare. Non absimili modo optat Ecclesia, optaretque debent qui praecones sunt in Ecclesia constituti, ut omnes gentes, omnes terrigenae & filii hominum, simul in unum dives & pauper, vocem hanc cordis auribus excipiant & foveant; *Memento quia pul-*

*vis es, & in pulverem revertetur, ut sciant originem, extractio nem, finem suum, & sibi consulant, nec gloriantur inaniter.*

1. Accedite igitur, o Reges & Principes, qui se praeglobumque mundi manu tenetis. In quo gloriamini? Unde estis vos? Quid estis? Quid eritis? Pulvis in pulverem revertetur. Vos estis caput aureum, sed pedes habetis terreo, mortisque lapillus eos percutiens & dissolvens, in cinerem vos rediget. Etiam si ascenderit superbia & gloria vestra usque in coelum, in fine perdetur tanquam sterquilinum. Inspecie Antiochum cum foetore intolerabili morientem, Herodem a vermibus consumptum, Julium Caesarem in medio seotus coelsum, Pompejum capite plexum, Alexandrum veneno interemptum; hi vobis sint speculum. Reverti sunt in pulverem & terram suam cum angustia & dolore, formati de terra & pulvere. Ubi eorum equitatus? Ubi exercituum Duces? Ubi fatrapae tyrannici? Nunc omnia pulvis, nunc omnia favilla.

2. Accedite & vos qui clavum Ecclesiae tenetis. Infulis, Pedro, Pileo, Pilio illud tres. In quo gloriamini? Unde estis vos? Quid estis? Quid eritis? Pulvis in pulverem revertetur. Omnia potentis brevis vita vobis. Hoc non solum de potentatu saeculari verum est, sed de potentatu Ecclesiastico. Sic in ipso supremo Pontificatu multi cederunt tribus tantum annis, alii uno, alii paucis mensibus, alii paucis diebus. Uno eodemque anno 1590, successive tres fuerunt Pontifices; Sixtus V. Urbanus VII. Gregorius XIV. anno sequente Innocentius IX. & post 30 dies Clemens VIII. Sed & nemo annos Petri attingit. Interrogatus B. Petrus Damiani ab Alexandro II. cur tam paucis annis Pontifices viverent, cum nonnulli florentes fuerint aetate. Respondit l. i. ep. 17. Hoc iudicium caelestis oratio dicitur, ut in humano generi mortis metum incuteret, & quam despicienda sit vita temporalis gloria, in ipso gloriae principatu, ac veluti sole deliquitum patre videret ostenderet: Praesertim cum unus omni mundo praesideat Papa, Reges sint simul plures: nec soleant sic Pontifices violenta morte occumbere uti Reges. Meminerint ergo qui in sublimitate sunt se pulverem esse, & brevi in pulverem se revertentur. Propterea enim acclamatur Pontifici noviter inaugurato, dum in S. Joanne Lateranensi in lapidea se de stercorea collocatur: *Suscipiani de pulvere egenum & de stercore erigenes pauperem.* Hoc non solum illum, sed quotquot ad dignitates evchuntur concernit, quorum plerisque videmus paucis vel annis vel mensibus perdurare.

**HINC ET ILLUD EPITAPHIUM**  
cujusdam Archiepiscopi Cameracensis:  
*Suum Cameracena gessi qui pondera mitrae  
Aprile posuit, Mense & illa tulit.  
Ibani natali laeta benedicere Monti:  
Mors Valenceni obvia facta fuit.*

1. Reges & Principes

2. Mar. 91 A. 7. 2.

2. Capitulum & Praeambulum Ecclesiae

Ecl. 101

Pontifices cur paucis annis vivunt.

Pf. 126.

Solet 1991